

ibidem receperat, famuli ipsius omnia que de expensis procuracionis remanserant effuderunt. In Sýndru, omnes conuiuas nupciales, cuiusdam consanguinei sui, ad expensas quas sibi racione procuracionis, eiusdem ecclesie sacerdos parauerat inuitauit, In Hýrsne, Garnæ, et Sandum, consecraciones ecclesiarum, altarium, et Cýmteriorum diuisit, ita quod vna die ecclesiam, alia altare, tertia cýmterium dedicauit, in hoc ecclesias expensis, et parochianos incommodis plus solito aggrauando, In thoptu, postquam sacerdotem ibidem ecclesia et bonis omnibus priuauerat, non deductis debitis, nec bonis paternis in fundo ipsius ecclesie, vltra quadrimestre tempus fecit residenciam personalem, obuenciones ipsius ecclesie integre percipiendo, Quapropter vobis vna cum dictis grauatis, quantum possumus supplicamus, quatenus procuratori dictorum grauatorum, presentis portitori, domino Sýmoni super premissis dei intuitu et nostrarum precum interuentu faciatis fieri iusticie complementum, vt ex defensione eorundem grauatorum sciamus nos cum necesse fuerit ad vos habere refugium speciale, Nos itaque omnia predicta et singula scientes euidencia rei testante sine dubio esse vera, Sigillum terre in premissorum testimonium, presentibus apponi fecimus et annecti, Datum anno domini. M°, C°C°C°. III. ýdus Iulii.

Sigillet borta, remsan qvar.

1435.

1304 d. 24 Iuli.

Arboga.

MAGNUS CARLSSONS Fastebref på det byte, hvarigenom han af Biskop Ysar i Strengnäs erhöill Thegnaby och 80 mark gängse mynt emot sin gård i Eldasund, med tillägg, att Biskopens intill Thegnaby gränsande gård Mundistorps gränser och tillhörigheter derigenom icke rubbas.

A. 3. g.

Omnibus presentes litteras inspecturis, MAGNUS KARLSSON in domino ihesu christo salutem Quoniam ea que rite aguntur, in dubium verti solent et plerumque ab hominum memoria penitus elabi nisi viua voce vel litterarum testimonio sint vallata Notum facimus tam posteris quam modernis quod cum venerabili patre, domino ýsaro, Episcopo strengianensi quoddam feci cambium prediorum, videlicet quod recipiens ab eo curiam quam habuit in thiægnaby cum omnibus suis attinencijs, et octoginta marchas denariorum vsualis monete, Curiam quam habui in Eldæsund cum agris, pratis, siluis piscariis et ceteris pertinentibus ad eandem, Eidem reddidi, et tradidi pleno iure, adiecto, quod curie quam adhuc habet idem dominus strengianensis in mundisthorp, que predictæ curie thiægnaby est contigua, in metis vel possessionibus aliquatinus non derogetur vnde testes et firmarii, qui wlga-

riter dicuntur fastar hii fuerunt, primo venerabilis pater dominus bryniulphus scarensis, et discretus vir dominus bero longus canonicus eiusdem et Nobiles alii et discreti viri, dominus Magnus marineson et filius eius finwidus, holmgerus vlfsson, sweno olafsson. laurencius de Esliby, Thomas sigwidhæ son, Laurencius jonsson Nicholaus de Runxø, Ericus cristiarni, sikir spiælbodher de wanzø henikinus de Arboghæ, In Cuius testimonium vna cum sigillis venerabilium patrum dominorum Episcoporum predictorum sigillum meum presentibus est appensum Datum Arbugwn Anno domini, M°, CCC° III° in vigilia beati jacobi apostoli.

Sigillen skadade, finnas qvar.

1436.

1304 d. 28 Juli.

Alsnö.

Konung BIRGERS Stadfästelse på -ett emellan dess fader, Kon. Magnus samt Upsala Domkyrka skedt jordabyte, sedan Årkebiskopen nu återlemnad så mycket, som dertill utsedde Män, efter företagen pröfning, funnit att Kronan blifvit lidande på bytet.

A. 7. a.

BIRGERUS dei gracia sweorum gothorumque Rex vniuersis Presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam. Cum magnificus Princeps et dominus, Dominus Magnus bone memorie pater noster karissimus, ac venerabilis pater dominus Magnus bone memorie quondam electus ecclesie vpsalensis confirmatus, quandam inter se permutacionem prediorum fecissent, ex parte corone et ecclesie vpsalensis prout in litteris super hoc confectis plene patet, Nos, considerantes in huius prediorum permutacione, coronam aliquam esse lesam, Discretis viris, dominis Thýrgillo knuthzsson marskalco nostro, Andree preposito vpsalensi, et Birgero pætersson vplandiarum legifero consiliarijs nostris predilectis, nec non et fideli nostro Cristiarno prefecto stokholmensi, de consensu venerabilis patris, Domini Nicolai diuina miseracione, nunc Archiepiscopi vpsalensis, dedimus in mandatis, vt ipsi Quod equitatis esset et esse posset in permutacione predicta diligencius inuestigarent et ponderarent, deliberataque referrent, quibus visum est, quod ex parte ecclesie vpsalensis, assignari deberent corone, duodecim ore terre, quas quidem duodecim oras terre, videlicet vnam Marcham terre in stawi parrochie færingiæthunum, et dimidiam Marcham terre in Thorp husæby broo, Jdem dominus Archiepiscopus vpsalensis, secundum predictorum virorum assercionem et estimacionem, tradidit et assignauit, Nos igitur supplicacionem predictam acceptantes, sepredictam prediorum permutacionem, inter supradictos dominos, patrem nostrum et Magnum electum vpsalensem factam, secundum formam in litteris super hiis confectis contentam, Râtifi-